

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Bernhard Grimmelius

**Oratio De Usu Et Abusu Philosophiae, Qua Insignia Rectoris Magnifici Ipso die
solenni XVIII. Julii qui ab Arnoldo fundatore Arnoldini Steinfurteensis, Arnoldi
dicitur**

Burgo-Steifurti: Wellenberg, 1731

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn813257255>

Druck Freier  Zugang



Oratio de morte
Iustitiae in physico

Ea-1014.

~~Ea 1014~~



La - 103.

888 - 88

ORATIO D E USU ET ABUSU PHILOSOPHIÆ,

QUA
IN SIGNIA RECTORIS MAGNIFICI

Ipsò die solenni xviii. julii qui ab ARNOLDO fundatore
Arnoldini Steinfurten sis, ARNOLDI dicitur.


Annum Prorectoratum capesset

JOHAN: BERNHARD: GRIMMELIUS.

S. S. Theol. Prof. nec non Aulic & Eccles. Steinf. Pastor,

RECITATA

In Auditorio Majori quod est Steinfurti.



BURGO - STEIFURT I.

Apud JOHANNEM GERLACUM WELLENBERG,
Aulae & Illustris Arnoldini Typographum, 1731.

La - 1083

6

V I R O
AMPLISSIMO CONSULTISSIMO
JOHANNI WILHELMO
VISCHIO,
J. U. D. ILLUSTRISSIMO & GENEROSISSIMO COMITI
FRIDERICO BELGICO
CAROLO,

Regenti Comiti in Bentheim-Steinfurt, &c. &c. &c.,
à Consiliis, ejusdem Judicij Aulici & Cameræ Rationum
Assessori, & Archivario Dignissimo
nec non

Laudabilis Consistorii Superioris Ecclesiastici quod est in Comitatu
Benthemensi Membro & Actuario, curæ; zeli &
laborum tenacissimo, indecesso, forti, strenuo,



Omnis Generis Studiorum

F A U T O R I ,

Infucata Amicitiae ergo

Oratio hæc

Sacra est.



PROUT ex Ethicorum regula virtutis est versari in medio, ita est sapientiae usum rerum ab abusu prudenter distinguere, hic, Doctorum rem acu tetigit, qui dixit & docuit bene distinguere primo, & tunc bene docere, in religione qui excedit ad superstitionem seu ~~debet~~ ^{debet} ~~etiam~~ ^{etiam} ~~ideo~~ ^{ideo} ~~quoniam~~ ^{quoniam} aberrat, qui deficit & ad sinistram exorbitat ad infidelitatem seducitur, juxta vulgatum, stulti dum vitant vitia in contraria currunt. Vera religio locum medium occupat, non credit quæ non credenda, & quæ credenda non abnuit. Theologo non tantum sed hæc cautela & Philosopho magnopere est consideranda, quantum usum praebet philosophia in omni arte, facultate, professione, sobrie & modeste usurpara, tanta abusus philosophiae parit incommoda, itaque utrum laudare, illius simul abusum vituperare impræsentiarum mihi est animus, verborum blandiloquentia aures vestras demulcere Aud. ambagibus animos vestros aggravare, si vellem, operam & oleum perderem, id materiæ ubertas qua imprægnor & temporis sphæra qua cingor non permittit, tantum hoc expectate, quod cardinem & medullam rei quam dicturus concernit ordine sequenti,

1. Ad usum. 2. Ad abusum philosophiae aures praebete patulas. Philosophiam voco vi vocis amicitiam sapientiae, vi usus sapientiam ex principiis naturalibus, & rationis scaturigine haustam.

Itaque ratio cum fons sit ex quo philosophia emanat, de hoc Encomio quod genus humanum præ aliis animalibus possidet primo loco est dicendum. Rationem voco lumen illud seu clarum & distinctum multarum rerum conceptum, vi cuius variarum rerum causas, fines, modos, naturam, catenus clare & distincte concipio quod nullum dubium superfit, ita quod et si vellem negare vel ignorare non possum, quia hæc veritas sua luce tanquam radius perlustrantibus sua sponte prodit, & me nolentem, volentem ad videndum & perspiciendum trahit: qui semetipsum inspicit Aud. se vel rationem vel pro modulo ætatis saltem ratiunculam possidere deprehendet. Ex hac ratione de rei veritate vel falsitate, decentia vel indecentia disquiringendo nascitur conscientia, quæ ad rationem refertur tanquam species ad suum genus.

A

Ur

Ut vero vocis ambiguitatem in ipso limine tollam, & ne in Momi fauces incidam, distinguo rationem corruptam & incorruptam, rationem divinam & humanam, rationem stricte & late sumptam, tandem rationem à fide separo. Ratio incorrupta illud est mentis lumen, quod ex imagine Dei ante lapsum vel effluebat, vel ipsa fuit pars imaginis divinæ vi cuius sapiens erat homo & errare nesciens, prout Deus est sapiens, gradu interim differens à sapientia Dei in infinitum.

Ratio corrupta est, Dei imagine per peccatum obtenebrata, lumen valde diminutum, multarum rerum Ideæ homini increatae penitus sunt in mente hominis deletæ, quedam, quæ ad naturam hominis, ne plane fieret brutalis necessario requirebantur remansere quidem, sed eatenus confusa hebetadæ, & affectibus carnalibus immersæ, quod ne unus quidem mentem suam ab errore præservare possit, hæc ratio est & causa seu lerna malorum, quoꝝ quoꝝ capita fere tot sensus & dissensus, ex quo idearum dissidio, tot diversæ in religione, in philosophia, jurisprudentia nascuntur sententiæ contrariantes. Hinc bella Civilia, Theologica, Philosophica, juridica, publica, privata, domestica, scholastica, Ecclesiastica, quæ omnia si ratio ut olim suum teneret sceptrum, & imperialem majestatem exerceret, cœsarent & caderent iua sponte.

Hinc nascuntur quæstiones an ratio fallat, an non fallat? utrumque affirmo Auditores, latè sumpta pro quolibet rei conceptu fallit & est causa errorum si quamlibet opinionem & somnium rationem voco, ratio non fallit si stricte sumitur pro illa mentis claritate, qua nexum multarum rerum ita mente cernimus, quod nullum ne minimum etiam dubium remaneat. Ratio est corrupta non extincta neque plane destruncta, homo etiam peccator est animal rationale, si plane ratio periisset, nec ulla ruderaria imaginis Dei superessent, impossibile genus humanum posset consistere, ratio enim est Basis cui innititur, quo columne subtracto omnia minarentur non tantum ruinam, sed ipso facto corruerent. Sed videtur mihi moveri dubiam, quo Criterio seu qua tessera, veram rationem à falsa possim distinguere? eadem est quæstio, si rogarem, oculi mei etiam per peccatum sunt corrupti, non tam clare & distincte vident prout in integritate, an Criterio an nota opus est, qua id quod in tenebris video ab illo quod video in meridie distinguam, an lumen sua claritate non ita percellit oculos, quod omne dubium superet, ita ratio rem clare & distincte percipiens, propriis suis illustratur radiis & quanto clarius tanto est in conceptu suo certius judicium.

Tandem

Tamen rationem sic stricte sumptam à fide quidem esse distinctam, tamen illi non esse contrariam præmitto, in Deo esse summam rationem, seu fontem veræ sapientiæ & veritatis, quia est ens summe perfectum consequenter illum esse infallibilem, & errare & mentiri nescium necessaria sequela concluditur, est adeoque divinum testimonium ut infallibiliter verum, & non erroneum, et si ratio non capiat: huc usque fides à ratione differt, interim ratio eque vera concipit quam fides vera credit, differunt tanquam minus & majus, sed non contrariantur, quod ratio clare & distincte concipit fides non negat, & quod fides credit ratio non abnuit, et si ignoret & ignorantiam lubens confiteatur, non erubescit ratio tene abnegando & fidei locum cederando, probe enim novit se omnium rerum ideas non possidere, illas etiam quas habet in variis esse confusas præjudiciis, præcipitantiis, affectibus & mentis passionibus intricatas, confusas & turbatas, ideoque multas esse veritates supra lumen suum absconditas, attamen lumini huic non contrarias concludit sine mora.

Hilce præmissis Auditores rationem ut lumen sua natura dulcissimum ut ~~χειροκήπιον~~ & aureolum quod suavitate sua sibi amicitiam conciliat faciles concedetis, ut sol radiis suis oculos quorumque animalium ad se allicit, dum amicum est illum conspicere dicente Ecclesiaste Salomone, sic ratio mentes hominum sponte ad se trahit, & quot sunt verè homines tot sunt amici rationis. Ratio est itaque fons sapientiæ naturalis, est mater quæ tot parit liberos quot lumina ex luce solari natuntur, huic & philosophi nomen & originem suam debent, nam philosophi sunt amici sapientiæ, omnes creature rationales, singulatim vero hominis natura natuntur philosophi, & natura accrescente pro suo modulo succrescit ratio, politur indies, & usu & experientia perficitur, varia itaque philosopho datur sapientia, innata, acquisita, experimentalis, physica, Metaphysica, Mathematica, Astronomica, Geometrica, Arithmetica & Ethica, quæ omnes ut tot species ad suum referantur genus oportet, Physica enim rerum naturalium causas, modos & fines perspicit, Metaphysica res divinas & spirituales meditatur, Mathematica instrumentis, quæ occulta & obscura sunt ante oculos demonstrat, Astronomia res coelestes & astrorum naturam & nomina percontatur, Geometria terram metit, & Arithmetica rerum numerum inquirit, Ethica denique de moribus tractat, & naturam virtutis & vitii exponit. Non miramini Aud. si dixerim in omni arte & facultate philosophia opus esse, sciat jurisconsultus leges ad amissim enumerare, explicare nesciet si non est philosophus, & jus naturæ ignorans psittaci

A 2.

instar

instar multa garrit, & abs ratione leges vel applicat, vel explicat, ratio enim est anima legis Medicus certis professionis suæ principis destitutus ex ratione cum experientia naturam morborum, & remediorum ponderat, exanimat, experitur, tunc ratione erit insanus rabola. Itaque ab omni ævo celebris fuit philosophia, primi ex gentibus studii hujus gnari fuere præ aliis Ægyptii quorum sapientia etiam in sacris laudatur paginis, secundum locum obtinent Persæ, quorum Magnates, ex quibus eligebantur reges, vocabantur Magi, id est sapientes, in hunc usque diem, sophi, id est sapiens magnus Persarum princeps in novellis nostris quotidianis voice consueta nuncupatur. Succedunt philosophi apud Græcos, illustres hæc regio septem possidebat sapientes, quorum nomina terra marique celebrantur, ut sapientia in multis & variis vero & stultitia plena. Hos excepti Romani quorum Oratores, Consules, senatores imo & Cæsares, & prætores fuisse, amicos sapientiæ & philosophorum Atheniensium discipulos est in confessio.

Cum vero philosophia non solida habeat fundamenta, & quilibet in opinione sua sibi sapiat, non mirum est Aud. tot philosophorum enarrare turmas inter se digladiantes, oppugnantes, opposentes & semetiplos refutantes.

Scholas philosophicas Atheniensium, Stoicorum, Epicureorum, Aristotelicorum, Pythagoricorum, Peripatheticorum, qui tantum prima Græciæ salutavit limina novit ordine suo eloqui, hinc quot secula tot philosophorum fata variantia, seculo elatio philosophia quæ à Cartesio, Cartesiana dicitur primum tenebat subsellium, imminentे seculo hoc nostro hæc cadebat, succedente Newtone Anglo famigeratissimo Cartesio, meum non est impræsentiarum hanc vel illam taxare, sed purissimam & certissimam ceteris præferendo, tantum hanc Theologo, præprimis Naturali esse necesse laram demonstro.

Theologo enim Naturali philosophia est fulcrum cui innititur, est Basis supra quam suam struit Theogiam naturalem, ex hac philosophia arma gerit contra profanos, scilicet Evangelii irrisores, demonstrat rerum omnium originem, destruit æternitatem mundi Aristotelici, confutat casu factum mundum Epicuri, adstruit Divinitatem lacræ scripturaræ Naturam Dei tantum quantum ad oculos penetrat, perquirit, ceterum ubi finitum in infinito hallucinatur, subsistit, admiratur, & gloriam dat creatori laudando in secula, pergit à natura Dei ad naturam rerum creatarum, contemplatur mundum, in suo universo, scrutatur genera per species, naturalia animalium purorum, impurorum inquirit, in quibus causas admirabilis sapientiæ quibus

quibus legislator hæc permisit, illa interdixit scrutatur, ita vitia in lege moralis prohibita in lege ceremoniali fugienda, virtutes præceptas in virtutibus purorum animalium ut antitypum legis moralis in ceremoniis impressum, conspiciet & ad hæc fugienda illas vero observandas sese fortius constringit.

Ex creatione & perfectione rerum creatarum excellentiam videt hominis ceu operum Dei ornatissimi, hunc in mentis spiritualis cum animali corpore juncta inspicio, vinculum invenit insolubile, statuta in quem videt totum hominum genus, ceu in miseriariam barathrum incidisse deplorat, avide restitutionem illius scilicet, sed hic Rhodus, hic Saltus, hæsitat, palpitat, gemit, Ens entium miserere mei, aspirat salutem, non inveniens versatur, inter spem & metum, & si majus lumen illum non collustrat, moritur miserrime.

Turbatq; philos. sed non perturbato volumen librorum divinorum evolvit, legit, perlegit, historias Sacras cum profanis confert. Naturam Dei quam in illo manifestam cum idea naturaliter homini increata confert, perfectiones Dei, Deo dignas, opera sanctitati illius conveuientia, vias puras, decoras glorificat, rerum prefigura à tot retro seculis patentia cum futuris suis implementis confert, omnia denique quæ in imperfcurabili & profundo opere salutis ad conscientiam in peccatis & miseriis immersam, examinando, & glorian Dei videndo in scriptura coruscantem, feliciter tandem concludit hunc esse librum divinæ inspirationis & autoritatis cœlestis, jubilat, exultat, lætatur, ovans proclamat, inveni Deum quem anima mea anxio desiderabat, infide hac confirmatur tot prodigiis & miraculis quibus sacra hæc oracula cœlitus esse confirmata ex oratione historicorum fide comprehendit.

Hucusque Philosophia in Theologia naturali vices habuit Dominæ dictantis, judicantis, dirimentis, sed perspecta S. Scripturæ divinitate fasces suos deposit, & fidei locum cedit, loquere inquit Jehova servus tuus audit, adsum, quid vis quod faciam? suam imparitatem, ceu finiti eum infinito lubens fatetur, lumen suum per peccatum magnopere obfuscatum præterea sentit, dolet, & quæcumque sacra in sacris pandectis revelata mysteria corde pio recipit, interim quævis dominium suum fidei resignaverit, plane interim usum in Theologia etiam revelata nondum perdidit, sed officium ancillæ obit, & ministerialiter, instrumentaliter, tanquam oculus ad ulnam seu ponderationem rerum clare quantum potest digna attentione animadvertisit, non credit mysteria nisi testimonii propriis allegatis bene perspectis, explicando sacros textus, scripturam, cum scriptura confert, num loquatur proprie, num improprie, an metapho-

rice , an naturaliter : sententiam S. Sancti ex promptuario suo depropria amplificat, accumulat, extendit, exemplis illustrat, elucidat, contraria enervat, extirpat, elumbes facit quisquilias, superstitiones, nugas sacræ veritati ab adversantibus oppositas , tandem suavi methodo hæc omnia ad sanctam vel imitationem persuadet , vel ad aspera & iis opposita vitia vitanda disfluadet fortiter. Nec tantum Theologus in publico sermone philosophum agit, sed & in privato cum privata animarum cura testimonius sacris lese immiscer, & quæcumque consulit, hortatur, averatur, laudat, vituperat cum sanæ rationis argumentis demonstrat, & in omnibus religionem non stupidam esse de Deo & rebus divinis opinionem **sed λογικην λαττρειαν & cultum rationalem vivo colore depingit.**

Sed ne sapiat ultra Rhombum , ne ferat oculos ultra horizontem ne saltet extra sphæram necesse est, cautela itaq; accedat quæ docet philosophari sobrie, modeste, humiliter, admirando magis quam scrutando ea quæ philosophiæ imperio non subjiciuntur , adorat infinita dum se finitam esse sentit, idæ enim multarum rerum in ipsa nativitate cum sint inditæ, tot innumerabilium datur numerus, quarum nec conceptum , nec visionem menti nostræ summus rerum Creator inserere voluit. Talis est optimus philosophus qui hoc nititur symbolo : *Quantum est quod nescimus.* Hic titubat in phycis, dicat naturam, ortum , causam venti , exponat varias hujus etiam momentaneas vicissitudines , explicet naturam brutorum in genere , & in specie de quolibet particulari , explanet naturam motus, quomodo corpus à corpore in motum inferatur, det nobis fines mundi, num mundus sit finitus an infinitus , eligat quid velit, inveniet scopulos, si hic cæspitat, quanto magis in Metaphyfics, naturam mentis, nodum solvat hujus cum corpore unionis, naturam angelorum : hæc tantum finita sunt & forte mente jam glorificata non poterunt capi & concipi, ascendendo ad altiora, divinarum divitiarum abundantiam & profunditatem ponderet, æternitatis ideam sibi formet, omnipotentiam, dum ex nihilo omnia condita, concursum cum motione in nostris actionibus, præcursum, cogitationum gubernationem , directionem, libertatem cum divina hac operatione, necessitatem decreti & nostri motus cum libertate conciliet, futurorum etiam contingentium prospectionem, prædictionem, casualem & contingentem attamen respectu Dei prædecernentis , & prædicentis necessarium rerum eventum conciliet, conferat, adveniat Socrates, Aristoteles, imo ipse Salomon, descendant, Angelus ex cœlo, doctor erit intensus & silentio premens labella in hæc tandem erumpet verba : *Quantum est quod nescimus.* Quam

Quam imperscrutabiles hæ divinæ providentiae methodi! si altius ascendimus, plura contemplabimur, quæ profundiora & altioris sunt scrutinij, Deum fides credit Unum & Trinum attamen non uno eodemque respectu, sic absurdæ & contradictoria crederet, sed diverso, unitatem essentiæ Trinitatem illius modi si loqui liceat in divinis stylo humano, admirandum mysterium quod est in justificatione peccatoris miserrimi, cui accedit illud quod est mysterium crucis quod ad hanc credendam veritatem necessarium consequitur, filii Dei in carnatio, ubi adoranda unio hypostatica duarum naturarum in personæ unitate: hæc & plura contra philosophiam quamvis non pugnant, ex principiis illis interim cum hauriri nequeant, recte illam superare cui veræ religiōnis mica adhuc inest non ibit inficias. Non facile vera religio properat ad credenda mysteria, sed postquam à ratione ea esse revelata edoc̄ta nec est difficilis, exattingat, ponderat, trutinat revelationis argumenta, si dinitatis argumenta ex illorum dignitate, raritate & vi supranaturali animadverterit, se ad credenda mysteria promptam paratam s̄istit ac loqueretur, Domine quid vis quod credam, & sic his præmissis fides & ratio non pugnant, sed amica junguntur manu, fides credit quæ rationem superant, ratio est oculus sed proh! per peccatum obfuscatus attamen in tantum quantum super est lumen, et si valde claritate sua diminutum, & nubibus tenebrarum involutum, quæ clare & distincte videt, vera sunt & infallibilia, sed fidei datur locus ad divina credenda testimonia, quæ autoritate illius qui testis interim fidelis nituntur, & omne dubium superant quia ille à quo revelantur ipsa veritas & fons omnis veri dicitur, sana philosophia, quæ Deum credits, ita lubens divinita agnoscit oracula, adorat illa submisse, veneratur reverenter, humillime se prosternit coram throno veritatis coelestis, & solem hunc cuius radii lumen oculorum vibrant osculatur devotissime, pius & humilis philosophus itaque non est hostis Christianæ religionis, sed potius cultor strenuus, & omnem suam sapientiam quam à patre luminum ex gratia recepit ad illius laudes lubens reddit, prout luna à sole collustrata si rationalis esset omnem gloriam illi cederet, seseque in radiis non suis sed solaribus beatam prædicaret.

Ex dictis Aud. constat ultum magnum esse Philosophiæ in Theologia, quid mirum summos Theologos acutissimos etiam fuisse Philosophos, protoplastus noster Adamus physicus profundus, rerum naturam perscrutando hoc decoratur decore, quod cuique animali peculiare suum non tantum dederit nomen, sed & nomine naturam illius exprimente illud

illud notaverit, Moses in structura tabernaculi & vasorum sacrorum matthesin exhibet accuratam, & quid mirum in omni enim sapientia Ægyptiorum non tantum erat à pueritia instructus, sed & præterea à divino spiritu imbutus, inter Encomia sapientissimi regum Salomonis & hoc prædicatur illum scivisse naturam avium, piscium, arborum, vermiculorum, insectorum imo hyssopi crescentis ad muros & parietes, prophetam agit in suo Canticō Canticorum, Doctorem moralissimum in suis proverbiis, rerum contemplatorum in Ecclesiaste, sed Physicum sparsim hæc omnia ceu aromate suavissimo condientem ubique se exhibet expertissimum addo philosophiam Jobi, viri maxime propheticci, cuius philosophia à viro Celeb. in Oratione publ. nuperime Ultrajecti, de natura cœli, astrorum, terræ, maris, animalium, quadrupedum, volarilium, aquatilium tantopere laudata in ultimis præprimis libri sui capitibus feliciter oblectat.

Nostrī seculi nomina & magnorum virorum Theologophilosophorum transeo ne videar paralitari. Si modice itaque Philologia, & pietractatur Theologia utraque amica manu quin jungi possint, quis negat. Quantus nunc philosophiæ usus, tanto absurdior est in suo abusu. Abusus est I. superbia, si supra sua fæse effert principia, & ipsum ens infinitum ad suum tribunal vult judicare, & metiri non tantum naturalia, sed & ea quæ naturam & mentem humanam superant, sic incidit cum Icaro in mare & Sp. Sancto loquente in easles & castra Diabolorum, qui ipsam Dei majestatem rodere non erubescentes ad imum detrusi sunt Tartarum.

II. Est abusus in arrogancia, non enim omnia quamvis naturalia philosophiæ sunt, multa videt per hallucinationes, speculationes, præsumptiones, quæ tamen certe & distincte non patescunt, multa plane ignorat, varia sunt quæ sive neget, sive affirmet ab utraque parte incident vel in schylam vel in Charibdim, nescit, modum motus, non explicabit connectiō nem entis spiritualis cum corporali, nescit causam, modum & momentaneam variationem aeris, & ut verbis philosophorum sagacissimi Salomonis utar, nescit quomodo ossa creentur in matris utero, arrogans itaque est philosophus, qui omnium rerum creatarum se gloriatur possidere ideas, vel ex ideis suis se omnia posse ad amissim explicare jactat.

III. Est abusus, qui ex hoc secundo suas trahit radices, figmentum variorum suppositorum ex proprio cerebro, abs solida demonstratiōne definitorum, sic luditur à pseudo-philosophis in voce, Deus, mundus, virtus, vitium, spiritus, quibus recte sentire videntur, sed latet anguis in

in herba, & ex descriptionibus venenum, quod in pectore fovent appetet.

Præprimis philosophus scopo suo aberrat, dum falcam suam in alienam messem immittendo omnium messem metit malorum, finis enim philosophiae est, ea quæ naturalia sunt percontari, ut ex iis virtutes creatoris, & suavitates operum illius, quis videns prominentes, laudes illius cum gaudio eructet. Neutquam vero philosophiae est mysteria salutis ex suo principio dijudicare. Hæc sunt fidei & altiorem revelationem requirunt, quocirca credenti philosophia viam præstruit & illi facem accedit, qua dignitatem revelationis, & testimonii tanquam divini autoritatem fides apprehendit, ita credens omnem rationem abnegat, philosophica sua principia abdicat, & sese Deo vera loquenti tranquille tradit, sperando, amando, exspectando illa quæ non videt nec ratio capit, etiam si omnis spes & exspectatio videatur vacillare, si ita Theologiam Revelatam à Naturali cum grano satis philosophi distinguerent, nunquam foret intestinum tale odium inter Theologos & philosophos nunquam philosophastri insanirent, & ex imaginatione sapientiæ imaginariæ, ut cum Divo Paulo loquar fierent stulti-loqui, ex hoc philosophiæ abusu cloaca absurditatum & omnium dissidiorum cum Theologicorum tum politicorum sordidum cacoethes oritur. Philosophus enim ut philosophus nunquam errat, nemini nocet, nulli infert injuriam, dum enim errat male judicat, & non est amicus sed inimicus sapientiæ, dum male agit peccat contra sua principia quæ jubene nulli facere quod sibi non vult fieri: Caveat itaque philosophus tria hæc carcinomata, quæ canæ & angue pejora, primo præcipitantiam, seu judicium præcox, secundo præjudicium, tertio affectuum & passionum indulgentiam, ex hisce fontibus omnia venena humani generis desfluunt, qui hoc scit evitare labyrinthum filo Ariadnæo non opus habet, & omnem alogiam seu irrationalitatem superabit feliciter, præcipitans est quicunque concludit antequam præmissa percepit, ad sententiam properat antequam acta, legit & perlegit, est instar canis nimium properantis qui cæcos parit catulos, ita est præcipitantia causa in judice, justum ab injusto non discernendo, oportet inquit Rabbini sententiam judicis bene fermentare, hæc regula judicibus est notanda, si errore cupiunt esse liberi. Lapis philosophorum offensionis est etiam præjudicium quod generis humani quasi carnificina & malorum materia peccans, qua tot salutis suæ tulere naufragium, quantas agant radices quæ profunditates habeant, principia lacte materno imbibiti quam insuperabiles sint difficultates ex malis suppositis accumulatæ, calamitola experientia docuit.

Praejudicium veræ religioni sœpe immobile obmovet repagulum, in naturalibus cor confundit, sic ingenium stupet, ratio hæret, quo se veritat nesciens semper susurrat murmur illud: *Omne antiquum melius esse reconsi si sensere patres sic sapuit Aristoles sic majoribus dictum est.*

Ad hunc scopulum cœspitant infideles judæi, increduli Turcæ, quotquot vera religione aberrant, Philosophum æque ac Theologum oportet esse liberum, præjudiciis vacuum, debet versari ut neutralista in medio, & quæcunque judicat, judicare abs partium studio, debita consideratione, meditatione, perspectione & ex impartiali examine, forti manu sese à malis suppositis liberando & extricando: sed tertium requisitum superad datæ. sepositionem omnium affectuum deponat odium, inimicitiam, præsertim philautiam seu amorem suimet ipsius & vindictam qua furens alterius personam vel sententiam ut canis rabidus & rabiulus mordebit, hisce vinculis si obstrictus, est mancipium errorum nec tui juris sed mentis impos, vitium virtutē & stultitiam sapientiam dicet, vocabit nugas, stipulas, fœnum, lignum quodcumq; adverfarius dixerit etiam si aurum & gemmas locutus fuerit, hac via Ecclesiam conturbarunt tot hæresium maculæ, particulares æmulationes disceptationes & zelotypiæ v.g. inter Nestorium & Collegam Eutichem, inter Osianderum & Stancarum, quid? inter Lutherum & Zwinglium, & nostris seculis inter Coccejum & Maresium, ut olim apud judæos inter scholam Hillelis & Schamæi sic collegia Stoicorum, Pythagoricorum, Peripatheticorum, Epicuræorum, tot peperere infastos partus, si dixerim monstra non erravero.

Talis Philosophus est sui ingenii, gloriae, phantastmatis studiosus non veritati sed sibi vult litare, nomini suo faculam accendere, captus est tot passionibus, nec unquam sanus erit philosophus, ut enim munera occæcant manus judicis, sic gloriae & sui commodi argumenta ut mulcæ oleum fragans perdunt, sapientiam impediunt, & viam aperiunt ad rixas sine numero, philosophiam itaque qui quæxit, hæc studiose si evitabit, dabo amicum sapientiæ & hominem veneracionem.

Ex schola hac philosophica tot insulti ab antiquo nati fuere discipiuli, nunquam Christiana religio acerbiores passa est afflictiones quam à gente hac perversa, dedi vobis indicem Auditores Philosophorum vere Theologorum, quantum temporis angustia: qua sum sepitus permittit catalogum philosophastrorum hæreticorum dare pergo. Quam cito Doctrina Evangelii orbem perlustrare incipiebat, nulla plura illi obmove-

movebantur frœna quam à philosophis, Paulus disputat Athenis contra Epicureorum & Stoicorum scholas de resurrectione mortuorum, contra Ephesinos de natura Dei: contra Ebionitas & Cerinthianos iohannes Senex decrepitus scribit Evangelium & Epistolas de Deitate, & vera humanitate Iesu Christi, contra Nicolaitas carnales voluptates, & promiscuos concubitus pro suo bono habentes Epistolas cum reprehensionibus tum hortatorias scribit Apostolus Petrus & Judas, si hæc in ligno viridi facta, quid miramini Aud. talia in arido fuisse vita, Apostolis rerum fatis excessis, ipso seculo secundo caput extollunt, Gnosti, ab insana jactatione excellentis cognitionis & scientiæ sic dicti, animam hominis ipsam Dei substantiam prædicantes, Marcionitæ, duo statuentes principia unum quod vocabant lumen, & ex hoc natos, non posse peccare, neque damnari quicquid faciant, alterum principium materiam esse diblatabant, & ex hoc ortos non posse converti ad bonum, adeoque Stoicam omnium rerum & stolidam necessitatem refricabant.

Succedit Samosetanus qui nomen dedit Samosetanis, Deitatem Filii Dei negando, cumque merum hominem impie declamavit, cui palam præbuit Photinus presbyter Ecclesiarum Sirmensis & Arianorum & Orthodoxorum dogma damnavit, præcipue Manes, medicus Persa natione oriundus anno 274. horrendas blasphemias contra Christum evomuit, cum Marcione duo ponebat æterna principia humanam Christi naturam merum φαντάσια & δόξαν seu apparentiam dixit, inde sequaces ejus nunc Manichæi, jam & Docetæ, id est putatores dicti sunt.

Quarto currente seculo Ariani, ab Ario presbytero Alexandrino in Ægypto dicti Deitatem Filii Dei oppugnando creaturarum illum primam & primariam, & per eam cæteras creaturas, quotquot sunt, creatas esse blasphemabant. Excipit ordine illos Macedonius Episcopus Constantinopolitanus, unde Macedoniani ortum trahunt S. Sancti Deitatem ut destrueret, allaborando, contra quos anno 381. cetur Concilium oecomenicum secundum quod dicitur Constantinopolitanum, seculo incipiente quinto Nestorii Episcopi & Eutichis Archimandritæ seu Abbatis Constantinopolitanus dissidia ex prava philosophia nata Ecclesiam turbant, contra quos synodus Ephesina indicta est anno 449. Ex abusu philosophiae nascitur seculo sexto Mahometanismus, Sergius monachus enim ex malis principiis, & ob perverlam de Deitate Christi fidem Bizantio ejectus stritor fuit novæ religionis Mahometanæ, succedunt Monothelitæ, ex eodem principio duas in Christo voluntates negantes. Hic cessat bellum philosophicum per aliquos

aliquot annos , & stolida superstitione grassantur secula ipso Cardinale Baro-
nio judice usque ad seculum 15. stupida, haec hydra in Reformatione truncata,
obsoletas & sepultas hæreses ex sepulchro revocavit , currente seculo 16.
Michael Servetus , ob atras quas contra filium Dei dixit blasphemias,
Genevæ combustus, cuius tentaculum non tantum amplexus, sed & exag-
geravit paulo post anno 1562. Tiguri Loelius Socinus , & nepos illius
Faustus Socinus patruus & nepos, in hoc conspirabant, philosophiam esse
S. Scripturæ interpretem , & quæcunque huic videntur adverba ex The-
ologio esse eliminanda, quid mirum itaque ex hac superbia tot errores
monstruosos natos in Theologia, dum ambo huic insunt, ut omnes Dei per-
fectiones humanis affectibus subjiciant, ex hominis arbitrio Deum , ho-
minem vero à se in ipso suaqne libertate suspendant.

Hac via strata omnia religionis mysteria ex Theologia effuscillare,
& fidem in moralem aliquam philosophiam convertere satagunt , ex hoc
enim principio necessario debebant rejicere , dogma illud venerandum de
S. Trinitate quia rationi erat impervium, consequenter , & de unione hy-
postatica hinc impie & anathemata digna sunt quæ discipulus illorum perva-
cassimus Smalcianus effudit verba Etiam si scriptura bis, terve , aut etiam
pluries dixisset Christum esse Deum, se hoc non crediturum quia rationem
superat, [superare concedimus , contra rationem esse negamus,] Ex hoc fonte porro illud derivatur venenum satisfactionis fun-
damentum supra mediatorem Deum & hominem positum , vanum , va-
cuum & inane esse, hoc cadente cadet fides , cedit certitudo salutis , cadit
natura sacramentorum utpote salutis sigillorum.

Secundum quod sovebant principium philosophicum perversus fuit
de libertate conceptus , quasi illa sit in indifferentia, ex hoc fonte manat
stolida opinio , Deum non regere voluntatis arbitrium , cum sic libertas ca-
deret, consequenter Deum non prædecrevisse omnia , imo quia præde-
cretum rerum necessitatem infert , eum nisi forte præsumptione quadam
rerum futuritionem , & contingentiam ne quidem præcivisse , & decre-
ta in Deo esse mutabilia & mera accidentia. Philosophia cum non capi-
at ex nihilo vel nulla materia præexistente aliquid posse fieri , materiam
Deo coæternam , ex qua mundum esse creatum statuere cogebantur, imo
resurrectionem cujus modus rationem fugit ex eadern in qua corpus
cecidit materia , juxta ac realem seu vitalem animæ post mortem corpo-
ris existentiam impugnare tenebantur.

Ad philosophiam hanc ex parte deflecebant seculo sequente
Arminiani , sic dicti a Jacobo Arminio , nec non Conradus Vorstius ,
qui

qui Vorstius Gymnasii nostri recens positi Antecessorum S.T. primus, & in prima sua ætate ut rosa spiravit, sed & ut rosa defloruit, Leidam enim vocatus, postquam pseudophilosophiæ semina odorata, ibi non admisus, & nomen ejus evanuit. Embamma errorum coquebat ex insalto & insulso de natura divina principio, quasi illa ad mensuram humani ingenio- li posset mensurari, ideoque jam negat divinam præsentiam umens ne in locis absurdis absurditatibus corporalibus commaculetur, jam Deum ex accendentibus componere non erubescens, ex impura & vaga hac philosophia tot impuros rivulos derivabat, quibus totam Theologiam conspurcavit: summae itaque necessitatis mentem principiis purioris philosophiæ imbuere, unde monente S. Paulo, non abs ratione cavendum, ne quis abripiatur, prædæ instar à vana philosophia, catenatim principia ut Theologica sic & philosophica cohærent, & membris inter se conglutinatis totum systema componitur, uno dissoluto totum corpus quod di-membretur necessario sequitur, ex infelicitate jactis fundamentis tot confusa videmus structa ædificia, sic rei modum dum ignoramus & ~~zō~~ ~~zū~~ seu ~~zō~~ ~~zū~~, dum non constat ~~zō~~ ~~zū~~, & rem ipsam negare summae est stultitia, sic enim negare possem mentem & corpus, in natura mea pro-pria, quia modum & unionis nodum non capio, etiam ex natura hominis ad naturam Dei mala struitur consequentia, in hisce sufficiat duo extrema credere, cum utrumque propria luce sole oculis manifestet, et si illa com-binare sit difficile, quod de gentibus Romanis dicitur, quum se crederet sapientes stulti facti sunt merito iis applicatur, ex illorum enim principiis vera philosophiæ purioris principia enervantur, si enim Deus non contingens voluntatis hominum liberae decreta prævidit, cadit ejus omni-scientia, cadit ejus independentia, Deus adstringitur ad nutum creatura-rum, & ab iis est dependens, si datur scientia ante decretum, de rebus sub conditione non futura, à Deo decretis, datur rerum futuratio extra Deum, datur rerum independentia, humanum arbitrium, est rerum divi-narum moderamen, & quæ plura absurdia ut infelix lolium in sterili hoc agro progerminant, fontem itaque absurditatum si Socinianorum philoso-phiam dixeris nulli injuriam feceris, adeoque pestis instar est vitanda merito.

Quam lubens hic lingua fileret, utinam illi liceret cum reprehensione Philosophiæ Socinianæ acquiescere, sed invita trahitur ad plura, ad aba-surdiora atro carbone notanda, obstupesco, aures strepitu horritono tinni-unt, horripilo, stant comæ, vox taucibus hæret, principiis pseudo-phi-

lesophicis hisce dicitis longe pejoribus aures vestras molestare A. cogor, principia inquam quæ vincula generis humani dissolvunt, sociates honestas perturbant, propagationem sanguinis humani suspendunt, ordinem quemcunque, decus & decorum ex mundo eliminant, jus naturæ suffocant, rationis lumen quantulum adhuc corruptæ Japhet genti superest extinguit, & ut verbo absolvam januam abyssi tenebrosam longe lateque aperiunt. Recocta puto illa principia, vesanorum philosophorum, qui à schola in qua docebant Stoa dicta, dicebantur Stoici, hi teeto nomine hac nostra seculorum fæce amant nomen mystici philosophi, quia clanculum semina sua disseminant, & coram vulgo absconditam se possidere sapientiam jactant, & quoniam nulli religioni sunt revera addicti, externe vero illam quævis maxime favet, vel eam quæ in terra in qua degunt predominatur profitentur, ab aliis vocantur Neutralistæ, Gallis cum forti animo philosophum omnem metum debere superare instillant, ut feris esdris, fortes spiritus, vel quia per Deum hoc omne intelligunt, ut Deistæ innotescunt. Apud Italos vero Boni Christiani icilicet nuncupantur, inter Turcas eos latitare teeto sub nomine El Eltakik, id est viri veritatis, apud Persas Souphi, id est sapientes, & inter ipsos extremos Indos Penders, (qui Deum hunc stoicum idiomate suo vocant Achar, id est natura, seu fatum,) historiæ extraneæ referunt.

Scio Auditores vos cupide hiantibus auribus arcanam hanc sapientiam expectare, dicam breviter: Deum suum concipiunt ut ex quatuor elementis, terra, aqua, igne & aere compactum, ex cuius viceribus omnes creaturas suam habent originem, & dum ex quatuor elementis corpora pro hujus vel illius minori vel majori quantitate consistunt, ita omnia per effluvium creari, & corporibus destructis in eadem elementa resolvi, sicut aranea ex intimis suis humoribus seu visceribus araneum texit, ejusdem est materiæ, ita creaturas ex Dei hujus intestinis creatas ejusdem esse naturæ, adeoque distinctionem inter creatorem & creaturam necessario cadere ex hisce præmissis concludunt.

Orbem Christianum infelicibus hisce feminibus fascinavit seculo ab hinc quinto seu decimo tertio scelestus ille David van Dinant, cuius fuit a scie Alexander Epicurus, tandem nequissimus Amalri, cuius ob anno 1581. effossa in cineres & favillas sunt redacta, superiori seculo ex judæo Neoconversus pseudo-Christianus Benedictus [potius fere dixeram maledictus] de Spinosa, Hagæ-Comitis, Venena hæc poculo obaurato, sub specie Theologæ politicæ, iis quibus carnalis voluptas cordi erat, proprie-

navit: Factor alia sub phasi & patina diversa philtrum hoc philosophicum convivis suis offert, sed reapse idem esse bene attendenti patet, quæ enim hinc & inde ipsam prostat in systema aliquod redigit, dum Deum vocat totum mundum, seu $\tau \circ \pi \alpha \nu$ duo illi attribuit attributa generalia, *intellec-*
tigere & extensem esse.

Addit haec attributa necessitate intrinseca, quam à causis millium millibus incognitis suspendit se in hos & illos modos modifica-
re, quam modificationem jam vocat creationem, generationem, nativi-
tatem, productionem, &c.

Sequitur itaque creatorem & creaturem eandem esse substantiam modaliter tantum distinctam, sequitur inquam nullam propriam legem nec naturalem nec revelatam, nullam virtutem moraliter ad legem Dei efformatam, nullum morale vitium, seu peccatum, dum non existente lege non est hujus transgressio, tandem nullum futurum præmium, nullam timendam poenam, itaque ex impiis hisce principiis ceu ex styge infernali tot amari destillant fonticuli, v.g. religionem esse tantum astuta politica ad coadunationem generis humani necessariam, eandem esse sub absoluto nutu magistratus politici, fundamentum juris, æqui & iniqui discrimen situm esse in potentia, virtutem & perfectionem tantum consi-
stere in naturæ suæ conservatione, vitium & peccatum contra in eo quod naturam infirmat, sanitatem & valetudinem infringit vel destruit, & cum omne voluptuosum modice usurpatum corpus reficiat, omne triste vero destruat, penitentiam vel commissi mali dolorem esse vitium, letitiam vero sine discrimine dummodo non noceat valetudini virtutem esse con-
cluditur, caute interim leges magistratus politici sub cuius moderamine vivimus esse observandas & fitci & carnificis persecutions evitandas juxta
tritum illud poemam:

Geeft nooit op regt noch regel achtē

Als ghy u voor 't streng recht maer wagt.

Cui consentit illud quod libet licet, si non caste tamen caute.

Habetis Auditores clavem mysterii iniuritatis, habetis vinum quo
tot ingenia incantantur, recipite, ne noceat sequens antidotum.

Verbo dico totam hanc philosophiam ex meris falsis suppositis, per-
versis ideis, & insultis rerum definitionibus, ex proprio cerebro effectis
esse compilatam, quibus dirutis, totum hoc sistema diruatur necesse est.

Primum falsum suppositum est ens summe perfectum, quod Deus
est esse compositum quid ex materiis diversis, vel esse $\tau \circ \pi \alpha \nu$ omne, itaque-
cunque

cunque absurdia Deum constiuent, mala, imperfecta, contraria, quibus omnia in mundo scatere experientia constat, immo infecta, & ut verbis utar Cl. Tillii pomum putridum ad naturam Dei pertinebunt, Deum supponunt infinitis mutationib⁹ subjectum, nesciunt causas harum modificationum aliter exprimere quam incomprehensibilem harum dari numerum, Deum inquam supponunt non agentem libere non ex imperio impere, sed qui potius ipse est sub imperio, nescio cujus æternæ necessitatis.

Supponunt creationem omnem esse productionem seu emanationem ut materia ex materia, cum spiritus voluntate sua imperando res multis efficiat, prout Deus volendo mundum creavit, & eundem in suo toto & parte sua conservet, sequitur itaque inter creatorem & creaturam substantiale dari discrimen, libertatem ponunt in indifferentia, ideoque omnia quia necessario fiunt, coacte fieri supponunt, dum contrarium ipsa experientia patescit, qui amat libere amat, & tamen non indifferenter, sic agimus libere attamen respectu nostræ à Deo dependentiæ necessario, supponunt eandem esse gubernationem Dei moralem & naturalem, consequenter confundunt dependentiam moralem & naturalem, cuius contrarium iterum experimur, dum creaturas rationales legibus, inculcationibus, promissionibus, comminationibus regi aliter ac irrationales deprehendimus, tandem leges divinas extirpant, virtutis naturam evertunt, & legibus humanis locum concedunt, quæ si non dantur divinæ, nullæ sunt, officia magistratibus praestanda suadent, cum ex illorum principiis hæc nulla esse necessario sequatur, cavere movent penas fori civilis, ast ex illorum hypothesi qua omnia fiunt ex necessitate æterna absque concursu causæ secundæ, & dura coactione, cautela hæc est inutilis, tunc nemo potest sua sponte aliquid agere, vel omittere, curare vel aliquid evitare, homo est tanquam rotæ in horologio, quæ pondere premitur, & nihil agit ex se, sed id tantum agit, ad quod dura æterna necessitate cogitur, quæ omnia dum meridianæ luci, & experientiæ propriæ aperte contrariantur, uberior refutare supersedeo, cum hæc narrasse est, refutasse.

Fateor modum quo spiritus in corpora operetur esse imperscrutabilem, modum, quo mens nostra naturaliter libera & lubens, attamen vi divinæ operationis & prædestinationis agat necessario, modum inquam quo ex nudo Dei imperio res non existens suam existentiam reperiet sed rem ipsam, quam oculis cernimus, manibus palpamus, & sensibus experimur negare, quia modum illius non concipimus, ipsa est, nescia

nescio, an magis procacitas an insania! Hæc fascinata turba omnem metum suis discipulis dissuadet, & semper metu horret, nemine illam fugante fugit, mortem etiam desperatam querit ante tempus, ad exemplum ut fertur, Celeberrimi cuiusdam moribundi philosophi, cum nolens, volens animam reddere cogeretur hæc anxia persæpe ex ore illius auditur querela, in angore vixi, moriar in desperatione, quo iturus nescio, Ens entium miserere mei, & proprio & turpi suo exemplo, absonta & abfurda sua principia refutat & pessundat: cæteris absurdis latius inhærente scopum meum & ipsum orationis meæ titulum divertit, ex ungue satis est indicasse leonem, si philosopho licet naturam rerum alterare, ideas quascunque ad nutum suum transformare, juri naturæ, dictaminis æqui & iniqui omnibus creaturis rationalibus increato, juxta ac experientiæ obloqui, omnem historiarum non tantum divinarum sed & profanarum, à variis historiographis diversis locis & seculorum intervallis viventibus attamen in unum consentientibus conscriptarum fidem, quia hypotesibus suis non favet, abnegare, tunc sane nil facilius erit quam philosophari, & nihil tam arduum tam pulchrum, nihil inquam erit tam sacrum quod talis petulans fannio, fannis suis philosophicis non audeat ridere.

Si unquam mala arbor malos protulit fructus, id infelici hoc nostro currente seculo incidit. Nemo nostrum Auditores tantus est historiarum hospes, qui graßiantia scelerâ Sodomica, in vicinis Belgaram provincis non audiverit, quot turbationes mercaturæ, quot prostitutiones Nobilissimarum etiam Domuum, quot tragicos multorum vitæ exitus, abominandum hoc malum pepererit, dum multi cum famulo illo incensore Templi Ephesini Heroastro nomen suum æternæ infamiae dederunt, multis dicere, quia lippis & tonsoribus notum, supervacaneum est, absit omnes criminis hujus reos perversorum horum principiorum philosophorum accusare, cum ex malis exemplis lucri cupidine & seductione aliorum multos ad tantum crimen dilapsos esse sit extra dubium, interim scholæ hujus porcinæ patronos & collegi Epicuræi præsules dicta hæc principia imbibisse, dum cordis arcana Dei sunt, ex pravo & dissoluto vitæ genere suspicari licet merito, si non verbis, factis saltem comprobant axioma illud, quod libet licet, sumnum bonum esse in voluptate, si non caste caute tamen, in religione esse simulandum & dissimulandum, politicum, nomen Dei temper debere habere in ore, quoniam in corde nunquam, perhorresco plura dicere, hisce præmissis quoniam promiscue subent fæminæ & viri suriant, virtus erit, dummodo

C

fit

fit tempestivè, modice & medice, Sodomi incolas scelus hoc perpetrasse, ex historia sacra est in aprico, an ex talibus vero principiis id fecerint nefcio, de his enim tam in sacris quam profanis altum est silentium, ita laxantur frœna omnibus lasciviis, luxus & gula omne honestum perdunt famam destruunt, semina religionis non tantum sed & omnis politiae exstirpant, conjugia pessundant, imo Rempublicam & que quam Ecclesiam plane suffocant.

A dictis non sunt longe aliena Aud. sunt, quæ non multis abhinc annis pro satis noto libello, cui titulus cœlum in terra, inter viros philosophantes philosophice agitantur, singulatim absurdissima illa supposita, à quoru[m] defensione versipellis ille Artifex Amstelodamensis non abhorrebat, dependentiam creature rationalis a Deo nullam esse quam naturalem, negata morali, æternum Dei ordinem, per quem indispensabilem rerum necessitatem in sensu Stoico videtur intelligere, tollere libertatem arbitrii hominis naturalem, omnem itaque tristitiam, etiam ob peccata commissa, ex cotidibus hominum tanquam imperfectionem, qua mentis tranquillitas infringitur, esse eliminandam, consequenter nullum mali terrorum, nec etiam peccatoribus obduratis esse inculcandum, & tandem sequetur cultum Dei confisteret in lætitia sine diicrimine, / ad consilium Athei cuiusdam ex illustri familia sed quem ad meliora conversum hujus acerbe poenituit,) tantum in hymnis & claudationibus operum Dei, quæ in natura cernimus, neglectis precibus, operibus poenitentiae, & virtutibus Christianis, quæ ex fine resultant, imo religionem omnem vita civili ad mores hominum, & leges confuetudine receptas absolvit, quam & gentes moraliores ad Ethicam philosophorum coluisse constat. O philosophia maleuada ! quot peristi monstra, quot damna causata es, ipsis tuis defensoribus & patronis, qui eventu stultorum magistro edocti, sallos & putridos tuos fructus persentientes jam fero sapiunt, utinam Apsis hæc astuta ad consilium multorum Theologorum, quibus damnum Josephi cordi erat, in ipso partu fuisset suffocata, quam nunc ubi vires sumpsit crescendo, aqua, igne, ligno & ferro penitus ex omni societate Reipublicæ facillere, si non impossibile, saltem erit difficile, hinc jacturæ bonorum, dissipationes, matres orbatæ filiis, uxores maritis, hinc lachrymæ sine numero: Laudo illud Tarentii, ante pedes aliquid videre non est sapere, sed illud quod futurum est profpicere.

Nec hoc tantum est Aud. quod ut pseudo philosophiae fructum perstringimus, in ipsa Ecclesia & Schola nostra Reformatæ, varios deplo-
ramus.

ramus philosophiae abusus , si luxuriantia ingenia philosophiam cum Theologia Revelata non confunderent , & Theologus Naturalis æque quam Revelatns intra suos maneret cancellas , non haberemus molesta illa bella Ecclesiastica de Generatione Filii Dei , cuius Esse , ex Revelatione in confessio , modus vero frustra à philosophis inquiritur , nec minus de modo quo tres personæ in Sacro - Sancta Trinitate ab essentia & à se invicem distinguantur , de Æternitate decretorum an absoluta an certo respectu intelligenda , de operatione mentis nostræ in corpus suum , de operationibus spirituum sive Angelorum seu Diabolorum in corpora , extra vel in se invicem , quorum operatio ex sacris certissima , modus vero operandi est incomprehensibilis , cum pluribus aliis , in quibus prudens Theologus simpliciter credit , quæ Deo de se placuit nobis in sacris literis revelare , mittens illa , quæ modum rei concernunt tanquam mysteria Deo , & beatæ Æternitati , quæ illa si non plene saltem clarus & distinctius aperiet , mandando philosophie in his obstupefcere , iis vero neutiquam curiose obloqui , hæc docta ignorantia , quæ ipsos doctissimos rubore confundit .

Coronidis loco Aud. pro præservatio [ut medice loquar ,] hæc recipite observanda . Primo quæ in suis extremis clare & distincte patefunt , ideo non esse neganda , si modus quo cohærent sit conceptui difficilis vel impossibilis .

Secundo , divinas Revelationes non esse coarctandas , nec circumscriptiendas limitibus philosophicis .

Tertio omnium rerum creatarum ideas nobis nec esse innatas , multo minus acquisitione inditas .

Quarto , Deum esse in verbo suo Revelato infallibilem & omnibus fallaciis inexpertum & insuetum .

Quinto , à finitis ad infinita , à naturalibus ad supernaturalia non dari consequentiam .

Sexto , illa quæ rationem superant , non illi esse contraria , itaque ne simus superstiosi ad credenda mysteria ubi non sunt revelata , sed ubi sunt ne simus increduli ,

Quod super est caveamus superbiam philosophicam , edoctrialiorum exemplis & dictis periculis moniti , simus cautores , philophemur modeste , modice , devote , Religiole illa quæ cernimus per ænigmata , vel contemplamur tanquam in speculo , cum divo Paulo adorantes , o profunditates divitiarum & sapientiæ & cognitionis Dei ! quam imperscrutabilia sunt judicia , quam

imperceptibiles sunt viæ ejus! quis enim cognovit mentem Domini, aut quis tuit illi à consiliis, & cum sagacissimo juxta ac religioso illo naturæ & crutatore Agure filio Jake, non didici sapientiam, & scientiam sanctorum non novi, quis ascendat celos, aut descendat? quis pugillis suis colligat ventum? quis aquas liget suo vestimento? quis constituit terræ terminos? quod est nomen illius, aut nomen Fili ejus, si noveris? addo ex S. Psalterio, Jehova non extulit te cor meum, non extulerunt se oculi mei, non ambulo in iis quæ sunt magna & mirabilia præ me, sed davi, & compescui animam meam, anima mea ablatata est, (scilicet à superbia & arrogancia) ut infans ablatatur à lacte matris suæ, prout enim fantastici philotophi ad causarum incognitatum numerum infinitum, sic nos prudentiores ad divinam infinitatem tanquam ad sacram anchoram confugimus, in hac acquiescimus, Deum in omnibus glorificantes, nosmet vero humiliantes devotissime, juncta intima gratiarum actione ad patrem luminum, qui nos præ aliis animalibus ratione voluit donare, & hoc prærogativo nos supra illa, quæ membrorum armatura, robore, agilitate, nos antecellunt, extollere, ita quod etsi pennis suis in aera, pennis in maria nos effugiant, etsi dentibus, cornibus & unguibus rapacibus nobis sine potentiora, sola ramen ratione imperante dominio nostro subjiciantur, ex his omnibus tandem perfectiones summi creatoris seu in ornatissima pictura insipientes, ad amicam communionem illius magis magisque adducamus, anhelando ut post primitias his aliquando tandem fruamur in confirmatione: denique philosophiæ huic speculativæ addamus veram Ethicam Christianam & practicam, pie coram Deo, dextre coram proximo, prudenter coram mundo, & modice erga nosmet ipsos, omnem nostram vitam reformando, Deo & proximo inserviendo vitam transfigamus cuncte, aurea hæc regula, totius juris naturæ summa, & philosophiæ moralis compendium, *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris,* clavis trabalibus conscientiæ infixa maneat, hoc modo Deo & proximo intervientes facultas instar consumemur, donec iis quæ sub luna sunt superatis, ab ipso lumine quod est sine maculis collustrati, coram throno Dei in gloria consumabimus in secula seculorum.

Fere dixeram dixi, sed murmur aliquod susurrans ex regno mortuorum monet me sistere gradum, & dictis adhuc quædam, etsi materiæ diversæ superaddere, Anno nimirum 1688. Vir Amplissimus, Consultissimus JOH. WINANDUS PAGENSTECHERUS, Illustriss. Regen-

genti Comiti WILHELMINÆ, viduæ Illustriss. Com. PHIL. CONRADI, Com. in Bentheim - Steinf. &c. à Consiliis, nec non Illustriss. nostri Arnoldini Jurium Prof. Primarius. Lege Testamentaria Professori Theol. novas suas ædes, cum suis ab- & dependentiis hac cum conditio-
ne legavit, ut quotannis Tractatulo vel Disputationcula nominis sui con-
servaret memoriam. Beneficii hujus menor non possum viri hujus exi-
mii nomen Generosum cum cineribus æternæ sepulturæ dare, sed
potius meum erit in scopum præfixum arcum meum dirigere, cum erat
Æterno & improlis videtur dispositione hac Testamentaria nomen suum
ab oblivione voluisse liberare, libri enim & liberi sunt remedia contra
obliterationem & oblia. Hic vir Prænobilis nec hos, nec filios, quan-
tum mihi constat reliquit, vivere itaque voluit post funera, non in sanguine
sed virtute, mens enim humana est Æternitatis avida. Heroes immortalitas
hanc sibi acquirebant, fortitudine, sapientes sapientia, pii vero virtus
& pietate, Abel protomartyr mortuus, vivit adhuc, scilicet in fide sua
& exemplo: Apprise Jesus filius Syrachi cap. 44. de viris glorioſis, sunt
ex iis qui reliquerunt nomen, quorum laudes enarrantur, sunt etiam
quorum non est recordatio qui perierunt quasi non extitissent, verum illi
qui fuerunt misericordes, & accepti, juxta illorum facta non sunt traditi
oblivioni. Nunquam deletur gloria illorum, corpora quidem in requie
sepulta, sed nomen illorum vivit in generationem quamque, sapientiam
orum narrant populi, laudes illorum narrat Ecclesia.

Hæc est ratio quare Sp. Sancto placuerit in facris totum indicem
heroum fidei & martyrum, curru quasi triumphali circumferre. Hæc
ratio primis Christianis persuadebat nomina illorum qui in Ecclesia marty-
rio fuerant celebres, ante usum Sacrae Coenæ recensere, historiam marty-
rii supra monumenta illorum in Caemeteriis depingere, quæ picturæ
ne pluvia & imbre corrumperentur postea sub templorum tectis assevera-
bantur, & sic sensim ac sensim imagines in templo sunt introductæ, in
quem finem etiam nomina illorum in Calendariis expressa, manent in
hunc usque diem.

Eadem ratio commovebat populum Romanum, quare viris Trium-
phalibus, poetis laureatis, medicis peritis fato excessis, statuas vel ludos
annuos vel nomina publica decernebant. Consul Rom. Junius nomen
suum mens hujus nominis imposuit, Cæsar julius quintili, Augustus
sexuli, Tiberius septembrem ad nomen suum voluisse vocare, testis est.

Suetonius, sed cum gloria hac indignus populus Rom. hoc impedivit. Immo Gentes Deorum lordidorum nomina, ad cultum religiosum dederunt mensibus, diebus, moeniiis urbium, castellis, &c. Sic januarius à Jano bifronte, qui fuit Jupiter, Februarius à Dea, febris dicta, cui nec noceret dabant lacra, Martius à Marte vel Mavorte nomen trahebat, ita dies Solis à Deo Sole, Lunæ à Dea Luna, Martis à Marte, Mercurii à Mercurio qui & woden dicebatur, unde Belgæ woens-dag, dies Jovis à Thonar, qui erat Jupiter, unde Donnerstag, Veneris à Venere, qui & freya dicebatur, unde Freitag, & Saturni, à Saturno, id est Noacho pater qui dicitur à Nuach, quievit [hinc] Saturnus à Satar, id est occultavit, quia in nocte ubi omnia quiescunt, omnia etiam sunt occulta ex quo posteri fixerunt Saturnum] nuncupatur, et si more gentilium adeoque superstitione in hunc usque diem.

Urbes, arces, munitæ & scholæ non minus & magis decenter nomina Fundatorum præferunt in eundem finem, Constantinopolis magnum illud promontorium Asiae à Constantino exstructa, gloriam illius proclamabit usque ad finem mundi, sic Adrianopolis Adriani, Carolstdium regis Suecorum Caroli, & Arnoldinum nostrum patris nostri Illustriss. Arnoldi, qui revera fuit pater patriæ, Ecclesiæ pastor & scholæ Nutritius.

Egregium opus matronæ illius quæ Dominum Bethaniæ ungebat totus mundus, prædicente Domino debebat laudare, laudamus patres Clementissimos, Bonifacios nostros, in specie laudibus, encomiis insignibus extollo dominus meæ fundatorem, qui quam diu hæc stabit, Æternitati erit sacer. Celebris est hæc stirps Pagenstecheriana, & quinque abhinc seculis gloriofa, primus plastes qui memoriarum posterorum superstes fuit Joachimus Pagenstecherus, civis Warendorfensis, qui vixit Ao. 1360. quem sequitur Ao. 1410. Balduinus, Ao. 1450. Conradus, Ao. 1480 Christianus, & Ao. 1520. Wernerus qui duo posteriores consularis fuerunt dignitatis viri, Wernerum excipit Johannes Ao. 1575. qui Illustriss. Com. in Benth. tuit a consiliis, minister primarius, Cancellarius & judex Aulicus, cui nascuntur filii quatuor Arnoldus Gisbertus, Consiliarius Brandenburgicus, Andreas Christianus, Consiliarius & rerum bellicarum Commissarius Hassiacus, Wernerus, Consiliarius, jurium Professor, & judex Steinf. & Wilhelmus, Arnoldi Gisberti posteri masculini sunt, Alex. Arnol. jurium Prof. Groninganus, & Wernerus justinus, Cancelarij-

Iarius Hassiacus, qui sanguinem æque quam nomen patrum, avorum
abavorum, atavorum, transplantarunt in patrissantes filios, in specie in Friedericum
Wilhelnum, Henricum Theodorum, in Ernestum Ottoneum,
Cornelium & Bernhardum Eberwinum, qui omnes A. A. filii, viri &
jur. Doct. & Prof. celeberrimi, non minus ac Theologus, quos videt
Athenæum Harderovicense, Teutoburgense, Herbornense, & schola
Meursensis, cum applauu, viri inquam quorum nomina per mare, per
terras celebrantur, ita quod illos laudibus meis condecorare, foret soli lu-
cem, vel mari aquam affundere.


Ex Wernerio demum descendit noster johannes Winandus, cuius
nomen etiam ossibus exhaustis supererit in gloria, cui illud quod in plato-
mo centesimo duodecimo scribitur, applico: *Justus spargit munera, das
pauperibus. Justitia ejus stat in perpetuum, cornu ipsius exaltatur in gloria.*
Stet itaque memoria nostri Euergetæ posteris & seris nepotibus hono-
rabilis, quam diu stabit nostrum Arnoldinum.]

Hoc crescat in flore, accrescat in gratia, succrescat in gloria,
pii Arnoldi, pia vota ex superis fiant rata, prospera & frœunda.
Gratia & veritas occurrant sibi invicem, justitia & pax fœsculen-
tur, veritas & justitia, sapientia & pietas in eo progerminent, nascantur
ex eo ut viri Dei quibus regnum Jesu Christi adstrui, regnum vero te-
nebrarum magis magisque possit destrui, nec non cultores justitiae & ami-
ci talis sapientiae quæ est ad pietatem. Custos Israëlis qui nunquam dor-
mitat, oculis divinæ suæ providentiae benigne respiciat, in Illusterrimos &
Generosissimos hujus Tutores, Curatores & Patres Clementissimos, po-
tentissima sua manu avertat, turbidas procellarum fracturas & quoscun-
que fluctuum tumultus, favore suo & S. Spiritu repleat animos docenti-
um & dissentium, hoc Ecclesiæ Seminarium ferat fructus uberes,
qui Domino nostro Jesu Christo estè posint ad gloriam Ec-
clesiæ, Scholæ & Reipublicæ utiles, & salutares omnia
bus qui huic nobiscum benedicunt,
Amen.

D I X I.

Grimm





ILHELMINÆ, viduæ Illustriss. Com. PHIL. CON-
i Bentheim - Steinf. &c. à Consiliis, nec non Illustriss.
Jurium Prof. Primarius. Lege Testamentaria Professori
as ædes, cum suis ab- & dependentiis hac cum conditi-
quotannis Tractatulo vel Disputationcula nominis sui cons-
am. Beneficii hujus memori non possum viri hujus exi-
lerosum cum cineribus æternæ sepulturæ dare, sed
et in scopum præfixum arcum meum dirigere, cum erat
dispositione hac Testamentaria nomen suum
uisse liberare, libri enim & liberi sunt remedia contra
oblivia. Hic vir Prænobilis nec hos, nec illos, quan-
tum reliquit, vivere itaque voluit post funera, non in sanguine
enim humana est Æternitatis avida. Heroes immortalita-
quirebant, fortitudine, sapientes sapientia, pii vero virtus
vel protomartyr mortuus, vivit adhuc, scilicet in fide sua
prime Jesus filius Syrachi cap. 44. de viris glorioſis, sunt
erunt nomen, quorum laudes enarrantur, sunt etiam
recordatio qui perierunt quasi non extitissent, verum illa
ricordes, & accepti, juxta illorum facta non sunt traditi
quam deletur gloria illorum, corpora quidem in requie-
ben illorum vivit in generationem quamque, sapientiam
populi, laudes illorum narrat Ecclesia.

atio quare Sp. Sancto placuerit in facris totum indicem martyrum, curru quasi triumphali circumferre. Hæc stianus persuadebat nomina illorum qui in Ecclesia martyres, ante usum Sacrae Coenæ recensere, historiam matimenta illorum in Caemeteriis depingere, quæ picturæ re corrumperentur postea sub templorum tectis asservæ ensim ac sensim imagines in templo sunt introductæ, imm. nomina illorum in Calendariis expressæ, manent imp.

tio commovebat populum Romanum, quare viris Trium-
aureatis, medicis peritis fato excessis, statuas vel ludos
na publica decernebant. Consul Rom. Junius nomen
is nominis impoluit, Cæsar julius quintilis, Augustus
septembrem ad nomen suum voluisse vocare, testis est

C 3

Suc-